

ce praeced. Initium Scripti: Cum uenerit igitur plenitudo temporis. Liber sententiarum sicut quidam fluius paradisi egrediens de loco voluptatis &c. Finis: et eam sua maiestate impleuit, qui est benedictus in secula seculorum amen.

II. fol. 75. Incipit breuiarium ad omnes materias inueniendas in Jure canonico. Ita quidem: Verborum superficie penitus refecata de talento credito nobis (vobis) relinquo focii margaritam ut qui stomacho laceffente non possunt uigilias cruciboli sustinere presens opusculum amplectantur, et sint cingulo iuris canonici in momento temporis precincti quod per multa tempora sine maximo labore non poterant adipisci. Ne vero putes Margaritam hanc esse Martinianam illam, quae et seorsim et in Corporibus J. Can. saepius impressa est, additur ad calcem: Explicet breuiarium magistri bernardi ad omnes materias inueniendas in Jure canonico. Varii in hoc Jure elaborarunt Bernardi, Papiensis, Compostellanus seu de Montemirato, et Bottonus, unde difficile dictu est, e cujus Scriptis noster hic Index carptus sit.

DX.

U. 413 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior 166. f. per duas columnas luculente exaratus, rubro distinctus, et testamento Thomae Haselbachii, cujus mors difertis verbis a. 1464. adfigitur, κτημα Collegii Ducalis olim nostri inscri-

bitur: Super quartum sententiarum fratris petri de tarentasia pape (Innocentii V. ✠. a. 1276. post 5. Papatus menses) de ordine predicat. Agunt de celebri Theologo Bibliothecarii Ord. T. I. p. 350. ejusque Commentaria in omnes IV. Sentent. Libros typis excusa perhibent Tolosae 1652. f. Nostra incipiunt: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris &c. In uerbis istis duplex effectus sacramentorum, de quo in hoc quarto libro agitur, sufficienter exprimitur. &c. Definunt: qui est via in exemplo, veritas in documento, vita in premio, Job. XIV. ad quam vitam ipse qui est via nos perducatur, cui est honor &c. Explicet quartus liber super sententias fratris petri de Tarentasia. Per decursum varia manu paullo recentiore subpleta sunt in marginibus.

DXI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 311 XIV. Folior. nunc 227. f. per duas columnas commode exaratus, et coloribus distinctus continet F. Aegidii de Roma, seu Columnae, dicti Doctoris Fundati O. Erem. S. Aug. et Augustinianae Scholae Principis, qui Archiepiscopus Bituric. a. 1316. Auenione decessit, Commentarium in I. Sententiarum Petri Lombardi primis aliquot foliis multatum, unde nunc init: consequens rationem ut dicit dam. II. libro cap. XXII. Inde est quod sola rationalia &c. Sub.